





12

1708, 2.

PROGRAMMA  
QVO  
SUO AC TOTIUS COLLEGII JURIDICI NOMINE  
AD  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
VIRI PRÆNOMINIS ATQUE DOCTISSIMI  
DN. GEORGII CASPARILIN-  
DENBERGII, LUBECENSIS,

DE  
DELATIONE JURA-  
MENTI CONTRA  
MATRIMONIUM  
PRO SUMMIS IN UTROq; JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS  
AD D. JUNII, IN AUDITORIO MAXIMO  
BONO CUM DEO HABENDAM  
MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, ILLISTRIS  
REGIMINIS DUCALIS PROCERES, UTRIUSQUE REIP. SENA-  
TUM, ACADEMIE CIVES, ET OMNES LITERA-  
RUM FAUTORES, HUMANISSIME  
INVITAT

CASP. MATTHÆUS  
MÜLLECK/

JER. DUCIS MECKL. REGENTIS CONSILIAR. CAN-  
CELL.PROF. DUC. PUBL. ORD. ET FACULT. JURID. ad h. ACTUM  
PRO-DECANUS.

ROSTOCHI, Typis J. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



Onjunctionem maris  
& fœminæ juris esse  
naturalis, nemo est,  
qui ambigit, confir-  
mat id Imperat. in pr. 7.  
*De Jur. Nat. Gent. & Civ.*

A hinc mirum non est in eam inclina-  
re homines, modo inclinatio non  
sit inordinata & sine ratione suscep-  
pta, utpote quæ bestiis magis, qvam  
hominibus convenit. Non tamen ea  
infrequens, non dicam hic de stu-  
pro, adulterio & aliis delictis carnis,  
sed tantum de inordinata inclinatio-  
ne in conjunctionem maris cum fœ-  
mina, ubi quidam cœco impetu,  
dum calores juveniles coercere  
non valent, non habitâ ætatis ratio-  
ne, & an uxorem alere queant, le-  
positâ quoq; reverentiâ parentibus

de-

debitâ sine præcibus matrimonium  
hujus aut illius puellæ appetunt, &  
aliqvando facile obtinent. His calo-  
ribus juvenilibus & inordinato amori  
obicem posuit jus naturale, divinum,  
Gentium & civile, dum requirunt,  
ut liberi nuptias inituri consensu im-  
plorent parentum, quamvis modô  
non eodem, nec enim unquam mihi  
persuaderi patiar, consensum pa-  
rentum jure naturali & divinô eô-  
dem necessitatis gradu ad matrimo-  
nium reqviri, quo de Jure Civili, hoc  
enim non tantum consensum præ-  
cedentem, pr. f. De Nupt. sed & in tantu  
requirit, ut sine eo contractum ma-  
trimonium dicatur nullum & libe-  
ri inde nati nec per subsequentem  
ratihabitionem, quæ alias retrotra-  
hitur & mandato comparatur Cap.

XZ

fin.

*fin. de jurejur. in 6. GALL. L. I. Obs. 47. in fin.  
fiant legitimi vid. HOPP. ad Pr. De Nupt.  
verb. Præcedere debeat. Sed id concedo,  
omni jure peccare liberos, qui in  
negotio tam arduo parentum ne-  
gligunt consensum, GROT. Lib. 2. c. 5. §. 10.  
nec immerito specialibus locorum  
Constitutionibus sponsalia prohibe-  
ntur clandestina sine consensu  
parentum contracta, adeo ut nec  
concubitu, nec benedictione Sacer-  
dotali confirmata valeant, vid.  
Constit. Elector. Brandenb. de An. 1694. §.  
11. ibi: So wollen und verordnen wir hie-  
mit daß den Eltern ihr consensus von de-  
nen Kindern / auch per ejusmodi con-  
cubitum, vel benedictionem sacer-  
dotalem Reines weges abgezwungen wer-  
den solle / quamvis quod de sacerdo-  
tali benedictione dicitur in noviss.  
edit.*

80

edit, de Ao. 1696, omissum sit, ad  
delinqvendum enim invitarentur li-  
beri, si scirent hâc ratione non am-  
plius à parentibus impediri posse  
connubium, STRYK De Diff. Sponsal. S. 4.  
• i. s. 32. in Saxoniâ liberi copula car-  
nali & clandestinâ despunctione  
Parentes suos offendentes non to-  
lerantur, ad removendum scanda-  
lum, CARPZ. L. 2. Def. 61. n. 14. Qvod  
si sponsalia clandestinitatis vitio ob-  
defectum testium laborent, non  
ea quidem cō, quô priora, modo  
nulla sunt, si aliunde probari possint,  
Sed qvodmodo probentur, variè  
disputatur; Tractata est hâc mate-  
ria in Disputatione me Præside habi-  
tâ, de sponsalibus sine testibus con-  
tractis, gravissima est controversia an  
pro-

probentur per juramentum, tacta  
est, sed binis, hæc quæstio in allega-  
ta disputatione, latius eam deducit  
Prænobilis DN. *CANDIDATUS No-*  
*ster* in præsenti Dissertatione Inau-  
gurali. De cuius vitæ curriculo  
nunc paucis præfabor. Natus is est  
Lubecæ adeoq; in Civitate Imperi-  
ali libera per totum terrarum or-  
bem celeberrima, qvi primus fuit  
felicitatis, de quâ Prænobilis Dominus  
*CANDIDATUS Noster* meritò glo-  
riatur, gradus, dum statim ab infantia,  
quicquid virtutis in orbe colli-  
tut, videre, & adimitandum invita-  
ri potuit. Patrem habuit proh dolor!  
utinam adhuc haberet, Virum Prænobi-  
lissimum atque Doctissimum Dominum GEOF-  
FREIUM LINDENBERGIUM, Juris U-  
niuersique Doctorem Celeberrimum, & Practi-  
cum

ans raro aliquando exempla integer.  
rum. Matrem per DEI gratiam  
adhuc superstitem laudat Dominam  
**ANNAM ELISABETHAM**, ma-  
trimoniō primō, **LINDENBERGLAM**  
nativitate **FOCKEN**, habuit autem Pa-  
tremqui **DN. CANDIDATI NOSTRI**  
est Avus, Dominum **HERMAN-**  
**NUM FOCKEN**, Civem ac Mercato-  
rem, nec non Senatorum Lubecensem  
satis celebrem. Avum paternum  
non sine laude nominat, Dominum  
**CASPARUM LINDENBERGUM**  
Civem ac Mercatorem Lubecensem, qui  
Matrimoniō sibi junxerat Foeminam  
omnibus sexui huic convenientibus  
virtutibus instructam **ANNAM**, nativi-  
tate **RUGGEN** / **DN. CANDIDATI NOSTRI** Aviā  
Paternam, sicut Aviam Maternam lau-  
dat **ANNAM** natiuitate **BREMERN**/

Sed

Sed quæ est omnium rerum vanitas, non diu gavisus est Prænobilis DN. CANDIDATUS NOSTER hâc felicitate, postquam præmaturâ Morte abreptus est Dominus Parens, qvamvis nihilominus omnem ejus curam continuaverit Domina MATER, ut probè jactis pietatis fundamentis ad alia qvaque duceretur studia, hinc commissus est informationi Domini ENOCHI SCHWANTENII Rectoris Gymnasi Lubecensis, Con-Rectoris, MARTINI GÖLDELII, & Sub-Rectoris LIPENIL. Tandem vitam elegit Academicam & in Varniacâ informatorem & in Jure Doctorem elegit Virum Prænobilissimum atque Excellentissimum Dominum SIBRANDUM, J. U.D. & Moralium in hâc Alma Professorem Celeberrimum, uti sanguinis, sic & Collegiali vinculo conjunctissimum, Factoriem nostrum estimatissimum, sub cuius auspiciis & indefessâ ac felici in informandâ Studio fâ juventute industria ita intra triennium profecit, ut habitâ publicè Disputatione De Paetis Dotalibus sub prælaudati Excellentissimi Domini SIBRANDI Præfido nomen suum AMPLISS. FACULTATI JURIDICA me Decano profiteri, & ut ad Examina consveta admitteretur, petere non dubitaverit. Detulit AMPLISSIMA FACULTAS ejus petito, eumq; in Examinibus consvetis talem reperit, qvi ad conscribendam Disputationem Inauguralem non tantum, sed & ad conseqvendos statim honores Doctorales admitteretur, cui utriq; negotio cum proximus d. Jun. sit destinatus, Magnificum DN. RECTOREM, Illustris Regiminis Ducalis Proceres, utriusq; Reip. Senatum, omnes Academiæ Cives, & qvotq; vor studiis favent, ut præsentia suâ actum hunc illustriorem reddere velint humanissime invito.


P.P. Sub Sigillo Decanatus die 3. Junii Anno 1708.

Rostock, Diss., 1706-09

X 2373042

✓D 18





1708, 2.  
12

# PROGRAMMA

QVO  
SUO AC TOTIUS COLLEGII JURIDICI NOMINE  
AD

## DISPUTATIONEM INAUGURALEM

VIRI PRÆNOMILIS ATQUE DOCTISSIMI  
DN. GEORGII CASPARI LIN-  
DENBERGII, LUBECENSIS,  
DE

# DELATIONE JURA- MENTI CONTRA MATRIMONIUM

PRO SUMMIS IN UTROQ; JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS  
AD D. JUNII, IN AUDITORIO MAXIMO  
BONO CUM DEO HABENDAM

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, ILLISTRIS  
REGIMINIS DUCALIS PROCERES, UTRIUSQUE REP. SENA-  
TUM, ACADEMÆ CIVES, ET OMNES LITERA-  
RUM FAUTORES, HUMANISSIME  
INVITAT

# CASP. MATTHÆUS

*MÜLLEKER*

SER. DUCIS MECKL. REGENTIS CONSILIAR. CANCEL. PROF. DUC. PUBL. ORD. ET FACULT. JURID. ad h. ACTUM  
PRO-DECANUS.

---

ROSTOCHI, Typis J. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.